

**A** **Obiectio**  
**contra Auer.**  
ablatione rationabilitatis. Sed ista solutio Auer. uidetur  
imaginarid quod primo corruptipit esse formam ignis  
ablato calore & ad ablationem formæ aufertur substantia  
cōposita totius ignis. sed hic est duplex error sicut uidetur,  
num quia quod per se primo corruptipit esse cōpositū,  
sicut etiam quod per se primo generatur est cōpositum, nā  
forma non generatur, neq; corrumpitur per se, sed per ac-  
cidens, ut patet. 7. Meta. tex. commen. 26. & 31. unde Auer.  
12. diuino. commen. 1. & scribit imaginatio super creationes  
formarum induxit homines dicere formas esse, & datorē  
esse formarum, tum etiam quia argumentum adhuc stat,  
quia si ad ablationem caloris aufertur forma ignis, sed per  
uos forma ignis est substantia. igitur adhuc argumentum  
Alex. uidetur stare. Nisi esset quod pro tanto dixit illud  
Auer. ut inueneret ablationem qualitatum & accidentium  
non esse primam causam ablationis substantiarum per uia  
primæ intentionis, quia accidentia sunt propter substantia  
principaliter sicut imperfectum & deterius rei perfectioris,  
& nobilioris gratia est, ut dicit Aristote. in 7. Politicæ, unde  
ablatio qualitatum & proprietatum inseparabiliter inse-  
quentium substantiam, est sicut causa sine qua non, aut per  
accidens ablationis substantiarum non prima causa, nam  
non potest saluari forma ignis in materia sine caliditate,  
non quia caliditas sit ignetas, sed quia est dispositio eius,  
& isto modo credo dictum Auer. debere intelligi. Aut alii  
ter dici potest q; Auer. loquitur de ablatione quæ est secun-  
dum intellectum sicut intelligitur. diffinitione priori fecit  
dum naturam in qua dicitur priora secundum naturam sunt  
quæ cunctq; possunt esse sine aliis, & alia non sine ipsis, sicut  
supra dictum fuit in limitatione illius propositionis, & sic  
dicimus quod ablata per intellectum forma ignis primo,  
& per se aufertur ignis, sed ablata caliditate non aufertur  
ignis, nisi per uia signi, pro quanto talis ablatio arguit abla-  
ta tum fuisse formam ad quam concomitantur: tanquam na-  
turalis & inseparabilis proprietates, & sic intelligitur dictum  
Porphyrii in communitatibus dum dixit quod propria in  
terempta interinunt ea quorum sunt propria & his inter-  
pēs ipsa simul interinunt, nam ut inquit ibi Boe. species  
& propria cum sunt æqualia alterna se uice consumunt. nā  
si non sit risibile homo non erit, & si homo non sit risibile  
non manebit, tamen prima est per uiam signi, & secunda est  
per uiam causæ, & sic ubi ad ablationem alicuius sequitur  
per uiam causæ ablatio substantiæ illud est substantia, sed  
fallit si fuerit per uia signi. Ad aliud autem motium Ale-  
xandri dicendum q; Arist. in 2. de Gene. & corru. in tex. cō.  
49. inquit. terra quidem aeri igni uero aqua contraria est ut  
contingit substantiam substantiæ contrariam esse. quod p  
tanto dixit, quia substantia secundum suum esse substantiale  
non contrariatur alteri substantiæ, sed merito suarum qua-  
litarum Sed contra obiicit Alexan. nam Arist. in eodem. 2.  
de Gene. in tex. cō. 24. inquit elementa autem omnia habet  
contrarietatem adinuicem, quia differentiæ contrariæ sunt,  
manifeste autem patet q; per differentias non potest intel-  
ligere nisi illas quæ ponuntur in diffinitionibus elementor-  
rum, cum itaq; caliditas ponatur in diffinitione ignis & fri-  
giditas in diffinitione aque: sequitur manifeste quod sunt  
substantiæ, quia substantia, nō diffinitur per accidentia. Ad  
hoc autem respondet Com. in 5. Phy. cō. 1. & aliter glossan-  
do prædictam authoritatem dicens, & opinandū est quod  
substantiæ simplices sunt contrariæ secundum qualitates  
suas, & propriæ qualitates in eis non sunt substantiæ, & si  
assimilentur substantiis, quoniam impossibile est ut aliquid  
in aliquot de aliquo prædicamento, & in alio fit de aliis,  
ita q; calor in homine fit de qualitate, & in igne de substan-  
tia, sed est in igne propinquus substantiæ, & ideo accipitur  
in diffinitione loco differentia & in aliis cōpositis est re-  
motus à substantia ubi aduerte quod quodam differentia  
substantiales rerum sunt nobis ignote, tunc in diffinitioni-  
bus rerum circumlocutiua ponere possimus qualitates et  
accidentia propria sicut testatur Auer. in 6. Meta. cō. 30. &  
& in 7. Meta. cō. 41. & Auicem. in 5. ius. Meta. inquit. quod  
difficilis percipiendi differentias rerum, & paucitas no-

minū, aut hoc, aut illud facit declinare nos à principali ad  
comitans. Sed est dubium propter quod Com. dixit quod  
in elemētis huiusmodi qualitates sunt propinquiores sub-  
stantiæ, quam in cōpositis. Nisi esset quia ut scribit Cō.  
in 4. Cœli & mundi. in cō. 40. quanto aliqua forma magis  
fuerit diminuti esse, tanto dignius est, ut diffiniatur per acci-  
dentia, & quanto fuerit forma perfectioris esse, tanto di-  
gnius magis accidentia diffiniri per ipsam, & elemēta sunt  
formæ imperfectissimæ propter maximam propinquitatē  
quam habent ad primam materiam, ideo in elemētis sunt  
propinquiores substantiæ huiusmodi qualitates. Accedit  
etiam quod tales qualitates uidentur esse accidentia, ppria  
inseparabiliter cōcomitantia tales formas. unde Auer. inq. t.  
in 8. Meta. cō. 5. in calce com. & scire debes q; actio formæ  
ignis quæ sequitur formam ignis est calor maximus & mo-  
tus ad superius, & calor in igne est sicut abscisio in acumi-  
ne gladii, non sicut ablatio in ablato, hoc est dictū quod si-  
cut abscisio est accidens inseparabile ab acumine gladii, sic  
est de calore respectu ignis, & nō est sicut ablatio in ablato,  
hoc est non est eius differentia substantialis, ad cuius abla-  
tione primo, & p; aufertur eius substantia sicut ad ablatio-  
nem differentia substantialis primo, & immediate aufertur  
species constituta per ipsam. sic igitur dicimus elementa  
esse contraria ratione suarum qualitarum, ut quia caliditas  
contrariatur frigiditati, sic ignis ratione quia calidus contra-  
rius est aque ratione quia est frigida, & ideo Arist. dixit igni  
contrariam esse aquam, ut coniungit substantiam substantiæ  
esse contrariam. Sed dices quorum propria sunt contraria  
ipsa sunt contraria, sed pprietates elementales sunt contra-  
riæ, ergo elementa ipsa sunt contraria. Amplius Cō. 1. ca.  
de substantia orbis dicit, q; formæ elementales sunt cōtra-  
riæ, & ideo passiuæ quodammodo dicuntur contraria, &  
quodammodo dicuntur esse similia. Amplius in 1. Phy. cō.  
52. expresse dicit, & similiter etiam nihil prohibet ut sub-  
stantiæ sint contrariæ secundū formas, non contrariæ scdm  
subiectū, & sic dicere quod substantia non est contraria sub-  
stantiæ scdm subiectū est uerū, & quod substantia est cōtra-  
ria substantiæ scdm formā est uerū etia, & hoc adiurat Alex.  
dum dixit, q; in substantiis simplicibus potest esse contrarietas,  
non in cōpositis, & Alex. intelligit hoc quod Arist. dicit  
in prædicamentis, quia dicit quod proprium est substantiæ  
non habere contrarium de substantiis cōpositis non de  
simplicibus. Arist. n. dicit in li. de Gene. & corrup. q; corpo-  
ra simplicia sunt contraria. Amplius in sua expositione li.  
per 4. Meteo. inquit, q; hæc quatuor sunt elementa per uir-  
tutes actiuas, & passiuas, & per consequens uult quod qua-  
litates actiuæ, & passiuæ sunt causæ formales elementorū.  
Ad primum istorum Com. dereliquit solutionem sub di-  
bio in 5. Phy. cō. 1. inquit enim utrum ait illa quæ ppria  
sunt contraria necessario sunt contraria, aut diuersa, consi-  
derandum est, sed nō hic quod pro tanto dixit quia ita spe-  
culatio pertinet ad Diuinum. nam ut scribit Philosophus,  
in 4. Primæ philosophiæ. in tex. com. 5. Philosophi est de  
omnibus posse speculari. nam si non Philosophi, quia erit  
qui inuestigabit si idem Socrates sedens, aut si uia unum cō-  
trarium, aut quid est contrarium, aut quoties dicitur: & in-  
fra in tex. com. 5. ibidem habet. Et ideo non est Geometriæ  
speculari quid contrarium, aut perfectum, aut unum, aut ens,  
aut idem, aut diuersum, nisi esse suppositione. Dicimus nos  
tamen q; illa quorum propria sunt contraria, non oportet  
illa semper proprie & formaliter loquendo contraria esse,  
nam in simili licet ens semper diuidatur per contrarias  
differentias, non tamen ens semper diuiditur in contrarias spe-  
cies, licet illud possit quandoq; contingere, dicimus n. qd  
animal diuiditur per rationale, & irrationale tanq; per differe-  
ntias cōtrarias, & tñ homo, & asinus quæ sunt species, nō  
sunt contraria. Ex aduerso ait color diuiditur per congrega-  
tium, & per disgregatum uisus tanq; per contrarias,  
differentias, & species constituta per illas sunt cōtrariæ, ut  
delicet albedo, & nigredo, & sic debet tenere in simili, un-  
de stat q; proprietates contrariæ proueniunt quæq; à con-  
trariis causis formaliter, ut rarefacere & condensare, quæ

**Solutio. 1.**

**Solutio. 2.**

**M**  
**C**

**Replica cō.**  
**tra Com.**

**Obiectio**

**Obiectio**

**D**

**Obiectio**

**E**

**Obiectio**

**Obiectio**

**Solutio.**  
**F**

**Obiectio**